



*S. Red.*

E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

NATALEM  
 AVSPICATISSIMVM AC DESIDERATISSIMVM  
 SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
**DOMINO**  
**GVNTHERO,**

PRINCIPI SCHWARZBURGI,  
 S. R. I. QVATVOR VIRO, COMITI HOHNSTEI-  
 NII, DYNASTÆ ARNSTADIL, SONDERSHVSÆ, LEV-  
 TENBERGÆ, LOHRÆ ET CLETTENBERGÆ, REL.  
 EX ORDINE CANDIDÆ AQVILÆ MAIORIS PO-  
 LONICO, ET S. HVBERTI PALATINO ELECTO-  
 RALI EQVTI, REL.

*DIE XXIV. AVG. ANNI MDCCXXXVII.*  
MAXIMIS CVM GAVDIIS,  
 TVM

CELSISSIMÆ DOMVS SCHWARZBURGICÆ,  
 TVM AVLÆ SPLENDIDÆ, TVM CIVVM OMNVUM REDEVNTEM, ET MAGNI-  
 FICIS SOLEMNITATIBVS IN SEDE PRINCIPIS VRBE SONDERSHVSA  
 INPRIMIS CORVSCANTEM  
 OMNI QVA PAR EST DEVOTIONE GRATVLA RI DEBEBAT  
**CONRAD GERHARD GROSHEIM,**  
 PASTOR NOHRÆ, WOLLERSLEBII ET MOERBACHII  
 IN COMITATV HOHNSTEINensi.

---

*SONDERSHVSÆ,*  
 LITTERIS JACOBI ANDREÆ BOCKI, TYPOGR. AVL.



O  
R  
I  
G  
N  
I  
T

Erra Schwarzburgica  
exulta!  
Felicitatem, quam divina clementia  
tibi concessit, considera alta mente  
repostam!

Mensis Augustus tibi vere Augustus.  
Illuxit enim hodie

NATALIS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
GVNTHERI,

PRINCIPIS SCHWARZBURGI, rel.  
Principis ac Domini nostri Clementissimi.

O lætum diem & candidissimo  
lapillo nobis numerandum!  
Patriæ PATRIS hic NATALIS est:  
NATALIS tanti Principis, sub quo  
homines quiete tranquilleque

agunt:

NATALIS Principis optimi.

Quas enim singulas  
laudum alii possident Principes, eas  
in PRINCIPE GVNTHERO certatim  
omnes conspirare, & in una veluti  
fede morari videmus, virtutem  
tanquam ingenitam, eruditionem haud vulgarem,  
sed Principe dignam, sapientiam  
ex sacris litteris ac longo rerum  
usu acquisitam: mentem generosam,  
impetum peregrinandi

cepit, ut exteris quoque virtutes  
suas ostenderet, aliorumque  
magnis exemplis confirmaret:  
clementiam admirandam.

Hoc Principe salvo  
bene sperandum est imposterum: hoc  
incolumi conservatur tranquillitas  
publica, jacet improbitas, defenditur  
innocentia, lumenque  
justitiae, virtutis & moderationis  
universis civibus adulget.

Voluptas est, sub tanto Muſarum  
Hercule & ipso Doctissimo Principe  
vivere. Nam

non fortunatores sunt bona litteræ, quam  
sub Principe eo florentes, qui illas  
amat, & a prima ætate impensis  
colere, traſcare & ad verum usum  
adplicare confuevit, cultores  
illarum astimat, ac premiis  
ſtipendiisque ornat.

Quibus ergo plausibus, quibus gratulationibus  
hunc DIEM AVSPICALEM prosequamur?

Novimus

Sæcta ſemper religione NATALES Principum  
Augustorum obſervatos, & mirifico studio  
omnium ætatum celebratos eſſe etiam  
apud paganos.

Hinc Genio annale munus ſolvebant.

Quale? (\*)

immolabant nil tamen μυρια, anima-  
tum, citante Plutarcho (\*\*) & tradente Censorino,  
quod vero posteriori tempore Romanum  
populum haud ſemper obſervasse  
conſtat. (\*\*\*)

Alii genio merum fuderunt. Sed apage  
paganos ritus!

Nos quidem

Deo universi hujus Genitorianale &  
geniale munus perſolvamur, non viſtimas

Quæritur, quisnam ille Genius? Censorinus inquit, Deus eſt, cuius in tu-  
tela ut quisque natus eſt, vivit. Deum etiam Seneca appellat, non qui-  
dem ordinarium, fed inferioris note ex eorum numero, quos Ovidius  
ait de PLEBE DEOS. Sed auguſtiorum aliquem genium vita Prin-  
cipis adſidere creditum eſt. Nos Christiani Deum, qui ſummus hu-  
jus universi Genitor eſt, Genium poſſumus appellare, quia provi-  
dencia ſua curat, ut gignamur, & nos genitos fulſcipit, & per o-  
mnem vitam tuerit.

<sup>\*\*</sup> In vita Romuli de Natali urbis Rome,

<sup>\*\*\*</sup> Horatius de immolato agno in Natali Mæcenatis canit.

immolando, non merum fundendo,  
sed pristina vota exsolvendo pro  
incolumitate PRINCIPIS nostri hactenus  
illibata, & quod res Schwarzb  
urgicæ optato felicitatis cursu sine  
offensa fortunæ aut humanorū  
casuum huc usque decurrent. ad  
TV vero, PRINCEPS SERENISSIME, sis potro  
felix cum Tua SERENISSIMA CONIVGE  
& celsissima Domo! series anno  
rum Tuorum ita crescat, ut  
plures videas NATALES.

Lætare fortuna tua ad quam genitus es:  
lætare imperio seculo: lætare inge  
nio Tu ad omnes præclaras artes ex  
culto: lætare recto sensu de  
litterarum disciplinis, quas ipse tractas,  
& in aliis amas, quia intelligis quantum  
ille ad virtutem adferant, quantum  
ad felicem ac tranquillum statum Rei  
publicæ: lætare amore omnium,  
qui TE colunt, TE mirantur, &  
salutem TVAM dies noctesque  
a Deo precentur, inter quos  
ego, qui sub TVO Imperio & præsidio,  
fatis sic dirigentibus, domicilium  
pro meis acquisivi, nemini ero  
secundus.

Servet Deus vitam TVAM, incolumitatem,  
TVAM, fortunam TVAM & augeat.

Vivas,  
PRINCEPS Clementissime, cum TVA  
SERENISSIMA CONIVGE, vivas, floreas,  
& serus ad celum redeas!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

1077

R 40



# NATALEM AVSPICATISSIMVM AC DESIDERATISSIMVM SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO GVNTHERO.

NCIPI SCHWARZBURGI,  
TVOR VIRO, COMITI HOHNSTE-  
TÆ ARNSTADII, SONDERSHVSÆ, LEV-  
ERGÆ, LOHRÆ ET CLETTENBERGÆ, REL.  
JE CANDIDÆ AQVILÆ MAIORIS PO-  
CO, ET S. HVBERTI PALATINO ELECTO-  
RALI EQVITI, REL.

IE XXIV. AVG. ANNI MDCCXXXVII.  
MAXIMIS CVM GAVDIIS,

TVM SIMÆ DOMVS SCHWARZBURGICÆ,

NDIDÆ, TVM CIVVM OMNIVM REDEVNTEM, ET MAG-  
EMNITATIBVS IN SEDE PRINCIPIS VRBE SONDERSHVSA  
INPRIMIS CORVSCANTEM

OMNI QVA PAR EST DEVOTIONE GRATVLAGI DEBEBAT

NRAD GERHARD GROSHEIM,  
TOR NOHRAE, WOLLERSLEBII ET MOERBACHII  
IN COMITATV HOHNSTEINensi.

SONDERSHVSÆ,  
ERIS JACOBI ANDREÆ BOCKII, TYPOGR. AVL.

Farbkarte #13

